

exitit in omni prælio. Hinc dicitur armatus usque ad calcaneum, non utique armis ferreis, sed cælesti influxu. Propterea Moses ipsum benedicens ait. Benedictus in latitudine Gad; in brachio videlicet, & vertice, ut ipse prosequitur. Iacob vero dixit, usque ad calcaneum.

**V**EREOR ne Venetus ad Sephirothinum influxum collimet, dum facit Gad influxu cœlesti armatum; nec mihi placet illa diuinatio de magis fortunato, si ex domina natus fuisset, id enim diuinare est: adde quod fortuna nomen caute vsuperandum est, quandoquidem fortuna nulla est, quem antiqui gentiles describabant, sed quic-

quid in fortunam illi refundebant, id nos vni diuini-nomini prouidentia vel operatrici, vel permisissu acceptum ferimus. Cetera vel intelligentur, vel emendabuntur, qua in problemate continentur sequentis versiculi beneficio vnde problema istud defumprum est.

### VERSICULUS DECIMVS-NONVS.

Gad accinctus prælibabitur ante eum, & ipse accingetur retrorsum.

**I**VRÆ tribus Gadenæ accincta dicitur, quandoquidem impauida, & fortissima fuit, ut leo, qui uno quasi iœtu ex sua præda caput, humeros, & rotum corpus abrumpit, & devorat; adde quod illa, priusquam alia tribus, suam fortem obtinuit, nempe Og & Schon in terra regum Amoritæorum, in qua fuit Mosis sepulchrum prope Nebo cœs Iordanem. Itaque bellis oiam fore tribum, hostiæ bello supererat Iacob prædictus, ut bene Procopius animaduerit, & satis in benedictione Mosis continetur, quæ Iacobi benedictionem confirmat; Deut. v. 20. Et Gad. Benedictus in latitudine Gad: quasi Leoreguerit, cepitque brachium & verticem. Eruditus principatum suum, quod in parte sua docto est et repositus, qui fuit cum principibus populi, & fecit iusticias Domini & iudicium suum cum Israël. Quantum vero eruditus fuerint in prælijs aperit caput, l. i. Paral. v. 18. & deinceps, ubi legimus Agareos, seu Arabes ab illis deuictos esse.

Has Gaditarum viætorias præuidisse videtur Lia, quando in natu filii Gad, dixit feliciter, etenim id contigit, quod Mosis promiserat Num. 32. v. 17. Nos autem ipsi armati, & accincti pergeremus ad prælium ante filios Israël, donec introducamus eos ad loca sua. Quorum magnanimitatem cum Mosis spectasset, iussit Eleazar, & Aaroni ut illis Galadæ in possessionem tradarent. In Hebreo autem præclaram allusionem habemus ۷۳: gad guedoud. Gad autem significat irruptionem, & excursionem, sicut & Martem, & excursionem; goud vero turmam collectam ex milite leuis armaturæ, prædonem, latronem, bellum, &c. à ۷۳

gadat, id est turmatim irrumperem. Gad igitur à multitudine dictum esse videtur, ob numerosam foibolem; ita tamen ut turma sive exercitus aduersus Gaditas pugnaturus sit, quamvis illa tribus in fine supererat sit, vt in sequenti versu particula explicari videtur; & ipse accingetur retrorsum.

Hebreus habet ἡρῷον hæreb, quod calcem, & calcaneum, seu pedis vestigium significat. Cum autem planta sit finis, seu extremitas animalis, finem, & mercedem laborum denotat. 70. verterunt ἡρῷον, iuxta pedes. Ex quibus hunc sensum elicere possumus, Gad turma adorietur eum, seu turmabilis eum, sed ipse adorietur in calcaneo. Paraphrasat Chaldaic, sic habet. Castra armatorum de domo Gad transibunt Iordanem ad prælium coram fratribus suis, & cum multa substantia reuertentur in terram suam. Igitur tribus hac pugnatura est, imo & supererat Ammonitas, Moabitas, & Syros, postquam ab illis excursiones pluri- mas passa fuerit. Sensus tamen apertus esse videatur iuxta vulgatam editionem. Gad velut miles paratissimus magna fortitudine filios Israël præbit, eos custodiens, & vicissim à tergo custodient ab illi, primisque incedet, & velut antesignanus obvios hostes propulsabit. Hæc autem ad Ecclesiastem allegoricæ referre possumus, qua diebus singulis ab hereticis, magis, & atheis imperit, donec omnes supererant; tropologicè vero ad unumquemque nostrum, quibus, etiam si mille cladi bus attritis, Deus in fine aderit, si ei ex corde obsecuti fuerimus.

### PROBLEMA CCXCVII.

**V**R Affer dicitur pinguis panis præbens delicias regibus? An quia sors eius fuit in terra fertili? An quia natus octavo loco fuit, numero quidem iustitiae, & felicitatis distributio? Hinc & signo Libræ respondet, ut alibi diximus. Quo etiam numero consonantia diapasonica omnium suauissima continetur. Hinc regibus & inferioribus delicias, & suavitates præbebat. An (vt Zohar Zohar. asserit) Affer qui beatitudinem significat, denotat mundum futurum, ubi habetur panis ille de cœlo descendens, de quo scriptum est, Hic est panis, qui de cœlo descendit? Qui Ioh. 6. quidem panis præbebit delicias regibus, id est ijs, qui se bene exerint.

**M**OSES circa hanc benedictionem aliquid clarius exprimit Deuteronom. 33. v. 30. dum ait, Affer quoque ait, Benedictus in filiis Afer, sit placens si atribus suis, & tingat in oleo pedem suum. Ferrum.